

DIE VIII. OCTOBRIS.

S. BIRGITTÆ VIDUÆ.

SIMPLEX.

Oratio.

DOMINE Deus noster, qui beátæ Birgittæ per Fílium tuum unigénitum secréta cæléstia revelásti : ipsíus pia intercessióne da nobis fámulis tuis ꝛ in revelatióne sempitérnæ glóriæ tuæ gaudére lætántes : Per eúndem.

DIE IX. OCTOBRIS.

SS. DIONYSII EPISCOPI ET SOCIORUM MARTYRUM.

TOTUM DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui hodiérna die beátum Dionysium, Mártyrem tuum atque Pontíficem, virtúte constántiæ in passióne roborásti ꝛ quique illi, ad prædicándum géntibus glóriam tuam, Rústicum et Eleuthérium sociáre dignátus es : tríbue nobis, quæsumus, ex eórum imitatióne, pro amóre tuo próspéra mundi despícere ꝛ et nulla ejus advérsa formidáre : Per.

DIE X. OCTOBRIS.

S. LUDOVICI BERTRANDI C. O. PRÆD.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Ps.
Ant.
j. toni.

QUASI me-ridi-ánus fulgor consúrget ti-bi
ad vésperam : et cum te consúmptum pu-táve-ris,
o-ri-é-ris ut lú-ci-fer. Ps. Laudáte pú-e-ri Dó-